



**Stella Benedictina Sive Regula Sanctissimi Patris Nostri  
Benedicti**

**Meyenschein, Benedikt**

**Hildesii, 1725**

**VD18 10311831**

LIV. Quòd non debeat Monachus literas seu eulogias accipere. Abbe invito seu reclamante petito, Nulla acceptabis munera, nulla dabis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65028](#)

- n) Quoad numerum & qualitatem tam spondarum, quam lectis terniorum.  
o) Sive domus religiosa, Deo specialiter dicata.  
p) Hoc enim foret in ruinam disciplinæ, silentii ac solitudinis, & multorum malorum occasio.  
q) Subaudi, hospitibus: idque propter consuetudinem universalem.  
r) Vel per verbum Benedicite aliave pauca, ut explicat Boërius; vel potius signo aliquo V. G. capitis inclinati aut genuflexionis, ut colligitur ex lect. præced.
- 

6. APRIL. 6. AUG. 6. DECEMB.

## C A P U T L I V.

*Quod non debeat Monachus literas  
seu eulógias accipere.*

**N**ullatenus liceat Monacho, neque à parentibus suis, nec à quoquam hominum *a*, nec sibi invicem literas aut eulógias *b* vel quælibet munuscula accipere aut dare sine præcepto *c* Abbatis *d*. Quod si etiam à parentibus suis ei

ei quidquam directum e fuerit, non præsumat suscipere illud, nisi prius indicatum fuerit Abbatii. Quod si juss erit suscipi, in Abbatis sit potestate, cui illud jubeat dari: & non contristetur f Frates, cui fortè directum fuerat, ut non detur occasio diabolo. Qui autem aliter præsumperit, disciplinæ regulari subjaceat.

- a) Subintellige ex seqq. accipere literas S.
- b) Εὐλογία græcè, latinè benedictio, dicebatur olim panis aut aliud esculentum benedictum, à fidelibus vel Monachis in signum fraternalis unionis sumendum. Accipitur autem in Script. & SS. PP. aliis que Scriptoribus pro quolibet beneficio seu dono vel munere in signum benevolentia collato vel transmисso. Unde verba immediate sequentia sumi possunt velut explicatio prioris.
- c) Sive permissione: alias peccatur contra Votum paupertatis, de quo vid. supr. c. 33.
- d) Intellige, vel immediate, vel mediately, ut sacerdotes dictum.
- e) Seu missum.

f) Talis

præ-  
dica-  
it su-  
illud  
rates,  
detur  
præ-  
aceat.  
s ſc.  
iceba-  
bene-  
in ſ.  
Ag-  
aliis.  
eo ſeu  
entia  
im-  
ex-  
ntra  
. 33.  
e, ut  
alis

f) *Talis enim contristatio indicat affectum proprietarium habendi aliquid finē licentia, quamvis reipsā haberi non possit.*

---

7. APRIL. 7. AUG. 7. DECEMB.

## C A P U T L V.

### *De Vestiariis & Calceariis a Fratrum.*

**V**estimenta Fratribus secundūm locorum qualitatem, ubi habitant, vel āerum temperiem dentur; quia in frigidis regionibus amplius indigetur, in calidis verò minus. Hæc ergo consideratio penes Abbatem est. Nos tamen mediocribus b locis sufficere credimus Monachis per singulos cucullam c & tunicam d; cucullam in hyeme villosam e, in æstate puram f aut vetustam: & scapulare g propter opera: indumenta pedum pedules h & cāligas i. De quarum rerum omnium colore l aut grossitudine m non causentur n Monachi; sed quales inveniri possunt in provinciâ, quâ habitant, aut quòd vilius comparari potest o.